

**www.e-rara.ch**

**Dialogorum Platonis argumenta**

**Tiedemann, Dieterich**

**Biponti, MDCCLXXXVI [1786]**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 2796

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-32325>

Euthyphro.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DIALOGORUM  
 PLATONIS  
 ARGUMENTA.

---

EUTHYPHRO.

**P**ROPOSITUM in hoc dialogo videtur esse Platoni, falsas vulgi non solum, sed sacerdotum etiam, eorumque, qui optime versati in rebus divinis putabantur, de eo, quod gratum est Diis, deque hominum erga Deum officiis, & Dei natura notiones reprehendere: non substitutis tamen in earum locum, quod periculo forte non caruisset, melioribus. Ideo Euthyphronem vatem inducit cum Socrate disputantem de sanctitate, & ignorare eius sese naturam turpiter fatentem. Mercenarium, homicidii reum in carcerem condiderat Euthyphronis pater, ibique perire fame ac frigore erat passus. hanc ob causam filius patrem cum accusasset, a propinquis, impie eum facere existimantibus, (neque enim per iura divina filio licere diem patri dicere) vehementer reprehendebatur; recte tamen sese facere persuasus, a Socrate, quaenam sit natura ac definitio eius, quod iura nobis divina permittunt, id est, sanctitatis, interrogatur. Respondet Euthyphro, sanctum esse, quod ipse nunc agar; Iovem enim omnium iustissimum in vincula patrem



coniecisse, ob devoratam ab eo sobolem: proinde homines in vituperando se, pugnancia secum sentire. Quo arrepto Socrates, ferre hoc ipsum, inquit, se quoque non posse, & a Melito accusari ideo, quod cupiat, homines sibi consentanea, & Diis digna, de Diis existimare: scire tamen cupere, an quaecunque de Diis fabulae tradunt, vera Euthyphro iudicet? Fatetur ille, omnia haec vera sibi videri. Socrates contra, ut, quam sint absurdae vulgi opiniones, demonstrat, ipsa sanctitatis utitur definitione, quam expediri, his positus, nulla posse ratione probat. Quod si enim dicamus, quod Diis gratum est, iuri divino esse consentaneum; nobiscum pugnabimus ipsi: Dii enim cum inter se dissideant, odia, bella, secundum fabulas exerceant; cum porro iustum, iniustum, honestum, turpe, omnium sint inimicitarum causae, eademque adeo a Diis amentur, & odio habeantur: necesse est, eadem Diis grata esse & ingrata. Sin dicamus sanctum esse, quod Dii omnes amant; fatendum nobis erit, sanctum amari a Diis, quia sanctum est; non esse sanctum, quia amatur; adeoque non ipsam eius naturam, sed accidens potius, hac definitione declarari. Quod si denique dicamus, sanctitatem pertinere ad iustitiam, ut quodcumque sanctum est, sit etiam iustum; non autem vice versa, quodcumque iustum etiam sanctum: definiendum nobis erit, quam iustitiae partem sanctitati existimemus assignandam; idque si expediamus ita, ut eam iustitiae partem, quae pertinet ad curam Deorum, vocemus sanctitatem; in multos nos laqueos induemus. Qui enim curam rei alicuius gerunt, profunt simul ei. iam Diis nos prodesse, fas non est existimare. Nec eam licet intelligere Deorum curam, seu cultum, quem dominis exhibent servi, ut a dominis boni quid consequantur: rediret enim sic sanctitas ad mercaturam, qua nos votis & sacrificiis quidquam a Diis mercedis instar acciperemus; & in id insuper absurdum incideremus, quod, quaenam ad Deos e cultu nostro redundet utilitas, dicere non effemus habituri. Id si effugere nitimur, redeundum iterum erit, unde depulsi sumus, ut sanctum defini-



mus, quod a Diis amatur. His auditis Euthyphro, non esse sibi amplius disputandi de his spatium caufatus, difcedit. Subtiliffime fimul & accuratiffime de fanctitate, feu fonte no-  
 ftrorum erga Deum officiorum difputat. quae res quam fit  
 abftrufa, patet vel inde, quod noftra vix demum aetate vera,  
 ob quam coli a nobis vult Deus, caufa eft patefacta. Qua  
 de re cum apud antiquiores nihil me legere meminerim;  
 tribuere haec Platoni auctori non dubito. Intelligitur fimul  
 hinc, quantopere philofophorum ftudia verae profuerint  
 religioni, & emendandis abfonis rudium hominum de rebus  
 divinis notionibus.

APOLOGIA SOCRATIS.

**D**EFUNCTO Socrate, memoriam eius culturus, fimul-  
 que ab omnibus, quas adfperferant ei inimici, maculis pur-  
 gaturus difcipulus pius, orationem hanc fcripfit, qualem  
 habere Socrates potuiffet, quaeque perfonam eius & vitam  
 maxime deceret. Miffis itaque omnibus verborum lenoci-  
 niis, & oratorum blandimentis, eodem fere modo Socra-  
 tem facit loquentem, quo difputare cum difcipulis, & ve-  
 rum defendere femper folebat. Primam accufationis par-  
 tem, qua de Diis & rebus divinis nimium curiofe difputare  
 arguebatur, diluit ita, ut neget, haec sibi curae unquam  
 fuiffe, inclaruiffe tamen fapientiae cuiufdam humanae be-  
 neficio, quam, quaerente quodam amico, Delphicum sibi  
 oraculum tribuiffet: cuius oraculi fenfum ut perciperet,  
 fciretque qualis effet, quam Deus fuam intelligeret fapien-  
 tiam, aggreffum feffe omnes, qui habebantur fapientes, ac  
 difputando cum iis in ruborem eos dediffe; quo ipfo hanc  
 effe fuam fapientiam intellexiffet, quod nihil fciret, fimul  
 tamen plurimorum sibi invidiam conflaffet: eamque folam  
 effe, cur in iudicium nunc fit vocatus, caufam. Inimicos